



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 125. Literæ supplices Regis pro Canonizatione trium Beatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

suppicio Joannis Husi edocerentur, si Sæcul. XV.  
 mulque Conrado Pragensi Archiepiscopo A.C. 1415.  
 præciperetur, coerceret Husi sequaces.  
 Has literas Littomisliensis Episcopus ex  
 mandato Synodi scripsit in hanc senten-  
 tiā: „Etsi Joannes Hussus plures arti-  
 culos erroneos, & fidei contrarios tan-  
 quam suos agnovisset, nihilominus con-  
 tra eum juxta juris rigorem nihil de-  
 cretum, nisi postquam ad extrema  
 prolapsum, atque præsentibus Impera-  
 tore, totoque Synodi conseſſu pluries  
 ac specialiter auditus fuisset., Post-  
 modum adhortatur Bohemos, ut pari  
 studio animati hæresis extirpationi in-  
 cumberent, ipsumque Boheiæ regnum  
 ad eundem religionis fervorem excita-  
 rent. Cum vero hæc epistola Archiepis-  
 copo, Capitulo, & Pragensi Clero inscri-  
 pta effet, his ipsis Synodus omnino præ-  
 cepit, omnibus viribus sectæ hujus elimi-  
 nationem procurarent, adjecta poena ex-  
 communicationis, privationis beneficio-  
 rum, ac ipsius etiam degradationis.

### §. CXXV.

*Literæ supplices Regis Sueciæ pro  
 Canonizatione trium Beatorum.*

Rex Sueciæ, ejusque conjux, postquam *Vander*.  
 jam antea a Joanne XXIII. S. Birgit- *Hardt tom. 4*  
 tam in Cœlitum numero reponi supplices<sup>v.</sup> 490.

K. 2 petiis-

Sæcul. XV. petiissent, iteratas ad Synodum dederunt  
A.C. 1415. literas, quibus pares, publicosque hono-  
res aliis adhuc tribus popularibus suis de-  
cerni efflagitabant. Hi erant Nicolaus  
Episcopus Lincopiensis Anno Domini  
millesimo trecentesimo nonagesimo primo  
fatis functus, Brumulphus Scarrensis E-  
piscopus mortuus Anno supra millesimum  
trecentesimum decimo septimo, & Ni-  
gridis e S. Augustini familia. Has pre-  
ces Suecorum Legati absente ac Papa de-  
posito ad Synodum deferebant; idcirco  
hanc in rem habita est Congregatio. Non  
nullorum fert opinio, Gersonium vel tum  
vel occasione Canonizationis S. Birgittæ,  
de qua jam superius, suum elucubrasse  
tractatum *de Probatione Spirituum*, in quo  
ad discernendas revelationes, quasdam  
statuit regulas, & ad calcem sui opuscu-  
li recenset exemplum puellæ Burgenis  
in Brescia, quæ pluribus persuadebat, a  
se animas ex inferno liberari; mentis ex-  
cessus frequentes fingebat, & mirabilia  
divinitus didicisse jactitabat, *miræ quoque*  
*erat abstinentiæ*, sed *capta veritatem con-*  
*fessa est*, cuncta ista cupiditatis occasione  
*finxiisse*, ut hoc modo succ paupertati subveni-  
ret. Gersonius in eodem tractatu utilissi-  
mas tradit regulas, quarum usu seductio-  
nis atque illusionis periculum evitari pos-  
sit. Præcipue commendat, *sacrarum Scri-*  
*pturarum eruditionem diligenti pioque studio*  
*acqui-*

acquisitam, simul tamen fatetur, quod non Sæcul. XV.  
possit aut vix possit humanitus fieri in ejus- A.C. 1415.  
modi rebus certum judicium, sed requira-  
tur donum Spiritus Sancti. Dicit insuper  
summa cautela credendum visionibus,  
quas vel quis se habuisse putat, vel alii  
expertos se esse jactitant, & propriæ ex-  
perientiæ testimonio plurimas illusiones,  
& imposturas in ejusmodi rebus interve-  
nire testatur.

### §. CXXVI.

#### *Repulsa Sueciæ Regi a Synodo data.*

Ignoramus utrum oratio Gersonii caussa  
fuerit, quod Synodus precibus Regis  
Sueciæ non annuerit, id certum tamen  
est, quod hæc Canonizatio tunc locum  
non invenerit, sed Oratoribus Suecis in-  
junctum fuerit, futuro Pontifici luculen-  
tam magis caussæ expositionem perfer-  
rent. Postea agebatur de celebranda ses-  
sione decima octava, quæ fuit prima, ex  
quo Imperator peregre profectus est.

### §. CXXVII.

#### *Sessio decima octava.*

Hæc igitur Sessio celebrata est Sabbato *Labbe Conc.*  
die decima septima Augusti, præside *to. 12. p. 161.*  
Cardinale Vivariensi, & Electore Palatino,  
absentis Imperatoris vices gerente, tan-

K 3                   quam